



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

7. An regularis cæcus sit eligibilis, ut interveniat alicui Capitulo generali?
Et an cæcus teneatur recitare horas Canonicas cum socio? Et an
supradictus regularis cæcus possit eligi in scribam, in ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

De Dubiis Regularium. Resol. V. &c. 5

re in qualibet electione eligere dignum, pratermissio digniori. Sed an hæc opinio sit probabilis, remitto me iudicio aliorum, nam est contra communem, vt notat Barbof. in collect. tom. 1. lib. 1. tit. 6. cap. 9. num. 4. qui citat 33. Doctores. Ad autoritatem vero Concil. Trid. sess. 7. cap. 3. quam adducit Valerius, & Filiucius, respondeo, quod Concilium requirit, vt beneficia conferantur dignis, non vt collatio sit sine peccato, sed vt non sit irritanda in foro externo, vt patet ex verbis sequentibus, aliter facta collatio omnino irritetur. Et eodem modo intelligi possunt quidam Canonistæ, vt Petrus Tholosanus in partit. iur. can. lib. 1. tit. 29. cap. 1. num. 1. & alij, dum dicunt sufficere, vt eligatur idoneus; & sic ex Coaratu, respondent ad autoritatem Concilij, Lessius lib. 2. c. 34. dub. 14. n. 69. & alij. Nec facit pro Filiucio & Valero cap. cum nobis, de elect. & electus potest, quatenus habet litteraturam non eminentem, sed solum convenientem, sufficere; nam, vt olim respondebam cuidam viro docto, electus in illo Canone erat Subdiaconus Pontificis, & cum competenti litteratura habebat curialitatem antiquam; ideo ob experientiam bene regendi, quam acquisiuit præsumitur, diu viuens in Curia, poterat præferri digniori. Et ita explicat hunc Canonem Alexander Raudensis dec. 66. cap. 17. & ita declarasse Leonem X. refert Aloys. Ricc. in suis collect. an. p. 4. collect. 931. & alij.

neficiis curatis, seu Prælatoris Ecclesiæ secularis, non inde inferitur nasci eandem obligationem, si præceptum ad electiones regulares extensum non est, quia lex ob similitudinem rationis extendi non debet ad casum sub lege non comprehensum. Præterea, quia non est eadem ratio in Prælatu Religiosis, quæ facile amouetur, & temporaria est, quam in Prælatu Ecclesiæ perpetua, & difficulter amouibili. Adde in electione beneficiorum hoc præceptum haberi ex traditione, vt supponere videtur Trid. sess. 24. cap. 1. & 18. quod tamen non supponitur de Prælatoris Religiosorum. Hæc Castus Palaus. Sed hæc opinio mihi non placet, quia est contra communem, & ratione iustitiæ distributiæ tenentur Electores semper eligere digniores, & electio Prælatorum Regularium est res maximi momenti, & Superior Regularis eligitur ad Prælaturam, quæ habet curam animarum Religiosorum.

RESOL. VI.

An mutus, surdus, & cæcus sint eligibiles ad Prælaturas?
Et difficultas est, an si quis, v.g. eligatur in Visitatorem alicuius Religionis; & postea factus est cæcus, an possit, cæcitate non obstante, Visitacionem cum Visitatore sano, & Socio continuare? Ex p. 5. tract. 6. Resol. 20.

RESOL. V.
An Generales, & Diffinitores teneantur eligere digniores ad Prælaturos Regulares? Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. Ref. 11.

§. 1. **Q**uoad cæcum respondeo negatiuè, ex cap. *Quoad hoc lege doctrinam, §. 1. 2. & 3. K. F. seq. & in tom. 8. n. 9. Ref. 3.*

§. 1. **A** Libi pro affirmatiua sententia adduxi Narraram, Rebellium, Portel, Turrianum, & alios, quibus nunc addo Valquez in opus. de beneficio, cap. 2. §. 3. dub. 2. num. 72. Sotum de Iust. lib. 3. quest. 6. art. 2. Peyrinum tom. 1. de Religiofo subdito, quest. 1. cap. 31. §. 4. verb. ex quo sequitur, Sanchez, in opus. tom. 1. lib. 2. cap. 11. dub. 2. n. 28 Salonium in 2. quest. 63. art. 2. contr. 7. & Villalobos in summ. tom. 2. tract. 8. diffie. 3. num. 6. vbi sic ait. [Los Prelados Ecclesiasticos tienen obligacion de elegir los mas dignos por los officios de gobierno, como es Prouitor fiscal, &c. Mas para otros officios menores basta que sea digno, como haga lo que le manden, y sea prouido, y fiel. Y lo mismo hemos de dezir de los Religiosos, que se proueen en los officios de la Religion, como son Prouinciales, Dofinidor, Prior, Guardian, Lector, y otros semejantes tienen obligacion à mirar al bien comun, eligiendo al mas digno; y si no lo hazen, pecan mortalmente, y son acceptores de personas. Otros officios ay ad nutum, que pueden quitaros, y ponerlos cada, y quando que quisieren, como de Vicario, y Superior; y estos antes son coadjutores de los Prelados, por officios, o beneficios espirituales; y assu pu de el Prelado escoger el que quisiere, como no sea hombre cansado, y penoso à la comunidad.] Ita ille.

hinc etenim, §. cæcus, dist. 49. & D. Thom. in 3. part. q. 82. art. 10. ad 3. Idem dicendum est de surdo, ex cap. constitutionem, de verborum significat. in 6. & ideo de iure ciuili surdus non potest gerere publicum officium, testatur Campanili in diuer. iur. can. rubr. 11. c. 17. num. 37. & mutos etiam esse ineligibiles, ex supradictis tradit ex multis Doctoribus Peyrinus de Relig. Prælat. tom. 2. q. 2. c. 4. n. 18. 20. & 21. cui adde Iulium Laurium in var. elucubr. tit. 4. c. 16. n. 81. & Sigismundum à Bononia de elect. part. 2. c. 4. n. 89.

2. Sed difficultas est, an si quis, v.g. eligatur in visitatorem alicuius Religionis, & postea factus est cæcus, an possit cæcitate non obstante Visitacionem cum Visitatore sano & socio continuare? & videtur quod sic, quia, vt infra probabitur, cæcus potest esse iudex. Sed contrariam sententiam, & merito, docet ex multis rationibus Megala variarum resolutionum, tom. 2. resolut. 183. per totam; quia cæcus non potest esse testis in testamento, quia testatorem videre debet, ex cap. si non speciali, & si vnus, C. de testament. & ideo Sebastianus Medices tract. de fort. cas. quest. 6. numero 55. tenet non posse cæcum esse testem in actibus quæ visu percipiuntur. Sed Visitatores debent de supradictis actibus testimonium ferre Generali, & capitulo Generali, ergo, &c.

RESOL. VII.

An Regularis cæcus sit eligibilis, vt interueniat alicui Capitulo Generali?
Et an cæcus teneatur recitare Horas Canonicas cum socio?
Et an supradictus Regularis cæcus possit eligi in Scribam, in Visitatorem, in Prælaturam, in Collegam?
Idem est dicendum de surdo respectu officij.
Et an saltem Religiosus cæcus possit eligi in Commissum?

2. Sed his non obstantibus non desinam hîc adnotare contrariam sententiam docere Castum Palaum tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 11. §. 2. n. 14. Nam spectato iure communi, & seclusis specialibus Religionum constitutionibus, non apparet firmum argumentum huius obligationis. Nam esto eadem ratio procederet in Prælatu Religionis, ac in be-



Et an cæcus teneatur Horam Canonicam integram, quam memoria retinet, recitare?

Et an si adest dies cuius integrum officium diuinum memoriat enet cæcus, istud solummodo recitare teneatur?

Et docetur, quod surdus, qui potest legere, tenetur recitare, siue se audiat, siue non, sed si solus dicere non potest, non tenetur cum socio.

Idem est de surdo sordo.

Et an cæcus, vel infirmus, si cum socio possit recitare officium diuinum, & iste se offerat, teneatur cæcus, vel infirmus illum acceptare, & recitare?

Et an vero superius dicta de cæco procedant in Beneficiario cæco, & Præbendario quoad recitandum officium diuinum?

Et quid, si solus erat cum socio recitare? Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. Ref. 46. alias 45.

Quod contentum in hoc & duobus §§ seqq. legi doctri nam præcedentis Ref. & alterius eius nor.

S. 1. Hæc quæstio quoad primum annis præteritis fuit ardentè agitata hic Romæ inter viros doctos, nam casus in facti contingentiã acciderat, & ego tunc affirmatiuæ sententiæ adhæsi, quam in terminis docet Stephanus Inhardus, *conf. 16. post Codicem Minim. Sancti Francisci de Paula*, vbi sic ait: Colligo, cæcum non posse eligi in Scribam, nec in Scrutatore, vt patet. Nec in Superiorem, cum Superioris munus rectè non possit exequi: idè vt dixi *v. cæcus*, declaratur priuatus voce passiuã, *cap. 5. Valent. 19.* Nec etiam potest esse Visitator, ob eandem rationem. Tum quia Visitator, oportet esse oculatum: de quo *v. Visitator*. Non potest denique eligi in Collegam; tum ob rationem præallatam; tum quia, vt ostendimus *v. Penitentia*, Collegæ sunt participes officij Prælati. Cum ergo cæcus non possit eligi in Prælatum, ex *cap. 5. Valent. 19.* ineligibilis est etiam in Collegam. Idem ob prædicta censeo de surdo, respectu officij, quod exequi rectè non potest, v. g. Prælatu, Collegatus, Scribæ, & similia, *arg. cap. apud, de spon.* Certè concipere non possum, quomodo ponderatis omnibus surdus, vel cæcus dignior sit cæteris Religiosis alicuius Prouinciæ florentissimi Ordinis, qualis est noster. Tenemur autem eligere digniorem.

2. Potest tamen cæcus eligi in Commissum, Quidquid enim Commissi officium respicit, reducit ad electiones, negotiorum discussiones, seu conclusiones, & literarum fratrum ad Capitulum delationes; quibus non obstat cæcitas. Ita Inhardus, cuius sententia potest deseruire pro nostro Vocali, & pro Electo Societatis Iesu ad Capitulum Generale; Sed, vt verum fatear, certum est, quod digniores ad id munus eligi debent, at difficile videtur, quod in vna Prouincia cæcus sit dignior alijs, vel etiam in aliqua domo; verum hoc spectat ad conscientiam Electorum, nam in foro exteriori electio esset valida.

3. Quoad secundum dubium, an cæcus sit strictus ad recitandas Horas Canonicas, si possit illas recitare cum Socio; de hac quæstione his diebus fuit mihi magna altercatio cum quodam Ministro huius Curie, & præter Doctores alibi à me adductos, afferam nouissimè Martinum de San Ioseph, in *Manual. Confess. tom. 1. lib. 1. tractatu 11. de Oratione, numer. 4.* vbi sic ait: [Deque se conseq. que el ciego no esta obligado à rezar Maytines, aunque sepa de memoria los Psalmos, no pudiendo leer las lecciones. Sic Sanctius, *vbi proxime*. Y desta opinion deuen ser los Doctores citados à lo vltimo del numero præcedente; pues

donde, milita vna misma razon, dena militar vna misma disposicion de Derecho; leg. illud, ff. ad l. Aquilianam, cap. transacto, de Constitutionibus. Ni tam poco es esta obligado à buscar compañero, que sea Lectio. nes, porque el præcepto no obliga à esso, y el rezar con compañero es priuilegio, y este cada qual puede renunciarle; l. si iudex, 4. ff. de minoribus, l. si quis 39. C. de Episcopo, l. si quis in conscribendo 24. C. de patris gloss. 1. in l. pacisci. ff. de patris, gloss. 1. in l. 4. C. patris conuentis. Y por estos Derechos me parece probable la opinion de Sanchez *vbi supra*, que defiendo, que aunque al ciego, ò a enfermo se le ofrezca alguno, que quiera ayudarles à rezar, no tienen obligacion à admitirle, y estan desobligados del rezo, pues no pueden rezar solos. Contra Nauar. *cap. 11. de Oracion, numer. 13.* Suarez, *lib. 4. de Horis Canon. cap. 28. à numer. 3.* Reginaldus in *praxi, lib. 18. numer. 183.* que probablemente enseñan, que estan obligados al præcepto, pudiendo cumplir con fidelidad, con la ayuda del compañero teniendole. Ita ille.

4. Puto igitur cum ipso vtramque sententiam probabilem esse. Quidquid dictus Prælatus asserbat contra cæcos; & ad eorum consolationem, non deseram hic apponere verba doctissimi, & amantissimi Patris Antonij Elcobar, & Mendoza in *Theol. Moral. tract. 5. exam. 6. cap. 2. numer. 62.* vbi sic asserit, Cæcus non tenetur Horam integram, quam memoria tenet recitare, imò nec integrum commune, aut speciale officium; quia Ecclesia præscribit variationem per Feras, ac Sæctorum solemnitates. Possum cæcus Psalmos recitare, & à Socio exorare vt legat me audiente Lectiones. Potes quidem, sed non teneris. Adest dies, cuius integrum Officium memoria teno. Istud solummodo teneris recitare. Ita ille.

5. Nota etiam, quòd post hæc scripta inueni ea, quæ dicta sunt, me citato, docere etiam Rocafill. in *praxi Theol. Mor. tom. 1. part. 2. lib. 3. de Oratione, cap. 4. numer. 313.* sic itaque asserit. An cæcus excusetur eo quod legere non potest. Communis sententia tenet excusari. Sed sunt aliquæ difficultates. Prima: an teneatur adhibere Socium. Dico primò si cæcus scit memoriter Psalmos, tenetur dicere cum Socio, si habeat præbendam pinguem, & solus erat cum socio recitare, quando non erat cæcus. Ita Nauar. *cap. 11. cit. numer. 11.* Suarez *lib. 4. cap. 28. numer. 13.* & Filiucius *cap. 9. numer. 289.* Dico secundo, si non erat solitus recitare cum socio, probabile est, non teneri socium adhibere. Ita Garcia de *benefic. part. 3. cap. 1. numer. 215.* Layman *lib. 4. tract. 1. cap. 6. numer. 2.* Diana *1. part. tract. 12. de Hor. Canon. v. 43.* & *4. part. tract. 4. resolut. 11.* Dico tertio, non tenetur cæcus, si se offerat socius ad recitandum, recitare. Ita Ioan. Sanchez in *select. disp. 15. v. 2.* & ratio est, quia recitare cum socio priuilegium est, & fauor, quo potest liberè non vti. Huicque Rocafill. Et idè probabiliter ego elapsis diebus dicebam bonæ memoriæ Patri Antonio Sanctarello Societatis Iesu, ratione suæ cæcitatè, ipsum non esse adstrictum Horas Canonicas persoluere cum socio, licet in promptu haberet; sed doctus, & bonus senex contra me arguebat.

6. An verò superius dicta procedant in cæco beneficiario, & præbendario, vide Doctores *vbi supra*.

7. Sed quid dicendum de surdo? Respondeo, surdum, qui potest legere, teneri recitare, siue se audiatur, siue non: Satis etiam est, quod mente attendat, & cognoscat quid dicat. Nota quòd si surdus solus dicitur

dicere non potest, non tenetur cum socio, quia surdus est. Idem dicendum est de surdastro, qui non tenetur dicere cum socio, quia esset magnum grauen socij, & præcepta humana non obligant cum tanto onere. Ita ex Suarez, & Filiucio docet Rocafill. ubi supra n. 3. 16. quibus adde Trullench. in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 28. num. 9.

RESOL. VIII.

An Generales Religionum possint aduocare ad se causas pendentes coram inferioribus Prælati? Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 35.

§. 1. Negatiuè respondet Portel. in dubiis Regularium, verb. Prælati potestas, n. 8. cui adde nouissime Leonem Zambellum, in Reperorio Morali, verb. Prælati, n. 34. ubi sic ait: Prælati maior non potest aduocare suo Tribunali causam quam incepit Prælati inferior in prima instantia, nisi fuisset interposita appellatio talis grauaminis quod sufficeret pro huiusmodi aduocatione. Sint ergo Prælati cauti, & recordentur doctrinæ S. Concilij Tridentini sess. 24. c. 10. nec se ingerant in causis spectantibus ad immediatos Superiores, sed si cognoscant necessitatem, ad summum assignent Collegam, qui vna cum Prouinciali causam expediat. Ita Zambellus.

2. Aliqui verò affirmatiuè sententiæ adherent seculis constitutionibus in contrarium ex voto Obedientiæ quo omnes Generali Ordinibus obstringuntur, & ideo ratione maioris obligationis, & subiectionis subditorum possunt hanc facultatem exercere aduocando ad se causas. Hinc asserunt quod voluntas Prælati inferioris subiectioni voluntati Superioris ratione voti Obedientiæ, vt notat Suarez n. 22. loci citati vnde non potest esse efficacis contra voluntatem Superioris; imo nec iusta, quia ratione voti ex iustitia obligatur se conformare cum voluntate Superioris. Ergo non potest Prælati inferior velle prosequi causam coram se pendente, nisi cum consensu Superioris, & si vellet iniuste vellet: ergo ob huiusmodi subordinationem, & dependentiam est in potestate Generalis, quod Prælati inferior prosequatur causam ad se pendente, vel non prosequatur: nam sicut est in potestate ipsius voluntas inferioris Prælati, ita etiam omnius, & iurisdictioni ipsius; cum hæc sequantur voluntatem, & ideo aduocando ad se causam, facit actum suæ potestatis. Verum hæc ratio parum vrgeret apud Portel, & Zambellum, nam concederent Generales habere omnimodam iurisdictionem in subditos, sed regulatam, & restrictam secundum Canones, sed Concilium Tridentinum, nouissime satis declarat, primas instantias tractandas esse ante locorum Ordinarios. Ergo Respondendum est igitur tenendo opinionem affirmatiuam, posse Generales aduocare ad se causas pendentes non solum ex supradicta ratione potestatis in subditos, sed quia illud Decretum Concilij nihil innouat quoad Regulares, vt ex Sacra Congregatione, & ex Aldrette, & Riccio obseruat, & docet Nouarius in nouo iure Pontificio concl. 34. n. 12. vnde patet responsio ad principium ex quo negatiuam sententiam tenuit Portel, & Zambellus. Verum affirmatiuam sententiam in praxi nisi ex vrgentissima causa, & quasi coacti Generales minime admittant.

RESOL. IX.

An Generales possint eximere subditum ab obedientia Prioris, Rectoris, Prepositi, vel Prouincialis? Et an Generalis non possit dispensare in penam positam à Prælato inferiori sine consensu prædicti Prælati inferioris? Et quid si dictus inferior Prælati obisset, vel vacasset? Ex p. 9. tract. 9. & Misc. 4. Ref. 38.

§. 1. Affirmatiuè sententiæ adheret Pellizzarius in Man. Reg. tom. 1. tr. 4. sect. 6. n. 167. ex Suarez; quia Prælati inferior pendet in suo esse à Superiore; ergo & in iurisdictione, & consequenter in quantitate, seu amplitudine iurisdictionis: cum quia inferior Prælati est subditus Superiori; ergo si Superior præcipiat, vt in hac, aut illa re non se intromittat, teneatur ei obedire, supponendo in eo præcepto nullam reperiri turpitudinem; sicque etiam Prælati poterit ei limitare potestatem: Tum denique quia Prælati vniuersalis potest in immediatè præcipere omnibus subditis: ergo & potest eis prohibere, ne in hac, aut illa re obediunt inferioribus Prælati: ergo etiam hoc pacto poterit limitare facultatem illorum, cum eius potentia, & voluntas sit efficacior. Verum tamen est, quod non sine graui causa talis exemptio concedi debet; aliàs concessio erit illicita, quamuis valida. Ita Pellizzarius.

2. Sed negatiuè sententia mihi placet, quam præter Sylvestrum, Mirandam, Peregrinum, Rodriquez, & Lezanam à Pellizzario citatos, tenet doctus Bordonus in consil. Reg. tom. 2. resol. 80. n. 49. quia, ait ille, sicut ipsemet subditus hoc præscribere non potest, cap. Sicut nobis 17. de Regul. cap. cum non liceat, de præscript. Ita neque Superior huius occasionem dare non potest. Aliam rationem adducit Portel, in dub. Regular. ver. Generalis, n. 3; & Leandrus à Murcia in 99. Regul. cap. 4. super cap. 8. Reg. n. 6. ubi sic ait: [No puede el General eximir algún Frayle de la iurisdiction ordinaria de su Prouincial, d de su Guardian, d Prelado local, por que se seguiria manifesta contradiccion moral, y que fuesse subdito y no lo fuesse, y gran confusio y causa de pleytos.] Ita ille quibus adde Peyrinum ad Confir. 5. Inq. 11. num. 6. Vnde apparet hanc sententiam esse communem inter Doctores; fateor tamen posse Generalem facere aliquam gratiam alicui subdito, vt v. g. non comedat ad matutinum, vel non comedat in Refectorio; aut non legat in mensa, & similibus.

3. Notandum tamen est hic obiter cum eodem Leandro, quod Generales Religionum [no pueden dispensar en la pena impuesta por el Prelado inferior, v. g. por el Prouincial, como se collige del Concilio Tridentino en la Session 24. de reformatione, en el cap. 1. sin consentimiento del mismo Prelado inferior, salvo si el Prelado, que puso la pena fuesse ya muerto, d huuiesse vacado, que en tal caso podria el General dispensar; y tambien lo podria hazer, si el mismo caso llegasse a el, d se deboluesse por via de apelacion.] Ita ille.

Sup. contentio in hoc §. in rom. 3. tit. 2. Ref. 45.

RESOL. X.

An Regularis in casu iusta appellationis possit, omisso medio, non appellare ad Prouincialem, seu ad Generalem?

A 4. neralem